



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

1. Sensus quæstionis, & aduersariorum fundamenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

CAPVT LX.

An, & quomodo diabolus possit creaturas in monstra conuertere?

Superest tertius modus, quo diabolus non jam se ipsū, neque eos, quos possidet monitricos facit, sed homines & ceteras creaturas viderur reipsa ac verè in monstra mutare. Satis enim monstrosus est, si animal aliquod de vna specie in aliam transformatur: quod num fiat, & quo modo fiat, aut non fiat, tamen supra, cum de rege Nabuchodonosore ac statua salis ex coniuge Lot facta differeremus, obiter perstrinximus, hic tamen tanquam suo loco, pluribus meritò discutiendum est. Atque in primis non querimus, an substantiam aliquam cacodæmon creare possit, sed de mutatione, quæ ad subiectum ordinem dicit. Creatio non fit ex subiecto, sed ex nihilo; quare, cum in agente infinitam potentiam exigat, nulli spiritui creato tribui potest. Quærimus ergo an Stygia arte, substantia ex subiecta materia produci, & homo in bestiam, vel bestia in hominem mutari possit, aut vna bestia in aliam? Nec ratio deest pro hac sententia, nec experientia. Ratio est illa, quod cælum possit producere viuientia, quæ dicitur eminenter continere; cur igitur & spiritibus ea potestas negetur, qui sunt longè cælestibus corporibus eminentiores? Experientiæ autem præter Nabuchodonosorem, & vxorè Lot, agminatim possunt recenseri taliū transformationum, vel à magis factarum. Sed his aliæ sunt experientiæ præmittendæ, quæ cum sint opera naturæ, stupendis metamorphosis, hominis quoque in brutum, aut bruti in hominem metamorphosin videntur probare.

I.
Vide S. Thomam 1. p. q. 44. a. 1. & q. 45. a. 1. & 5.

Quòd si enim concessa mortalibus facultas est, efficiendi vt rosas proferat cerasus, vel brassica poma, cur non idem contingere possit in sentientibus?

II.
Virgil. lib. 2. Georg.

*Quin & candidibus scētis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sape alterius ramos impunè videmus*

Ppppp 3

Vertere